



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De minii rationibus. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

LIBER

nem operum sunt usi, Item rubrica copiose multis locis eximuntur, sed optime paucis, uti ponto sinope, & Aegypto, in Hispania balearibus, non minus et leno, cuius insula uectigalia Atheniensibus, Senatus populusque Romanus concessit fruenda, Paretonium uero ex ipsis locis, unde foditur habet nomen, Eadem ratione melinum, quod eius uis metalli insula Cycladi melo dicitur esse, Creta uiridis, item pluribus locis nascitur, sed optima Zmyrnae, Hanc autem graeci θεοδότηον uocant, quod Teodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus cretae primum est inuentum, At ripigmentum quod ῥιπίγονον graece dicitur foditur ponto, Sandaraca item pluribus locis, sed optima ponto, proxime flumen hypanim habet metallum, Aliis locis ut inter magnesia & Ephesi fines sunt loca unde effoditur parata, quam nec molere, nec cernere opus est, sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa & subcreta.

De minii rationibus.

Cap. VIII.

Ngrediar nunc minii rationes explicare, Id autem agris ephesiorum cliuianis primum memoratur esse inuentum, cuius res & ratio satis magnas habet admirationes, Foditur enim gleba, quae antrax dicitur antequam tractationibus ad minium perueniat, uena uti ferreo magis subrufo colore, habens circa se rubrum puluerem, Cuius id foditur, ex plagis feramentorum crebras emit lacrimas argenti uiui, quae a fossoribus statim colliguntur, Haec gleba cum collecta sunt in officinam propter humoris plenitatem conuocantur in fornacem, ubi

interarescāt, & is qui ex his ab ignis uapore fumus
 suscitatur, cum resedit in solum furni inuenitur esse
 argentum uiuum, Exemptis glebis gutta ea, quæ re
 sident, propter breuitates non possunt colligi, sed
 in uas aquæ conuertuntur, & ibi inter se congruunt,
 & una confunduntur, Id autem cum sint quatuor sex
 riariorum mensura, cum expenduntur inueniuntur esse
 pondo centum, Cum in aliquo uase est confusum, si su
 pra id lapidis centenarii pondus imponatur natat in
 summo, neq; eum liquorem potest onere suo preme
 re, nec elidere, nec dissipare, centenario sublato si ibi
 auri scrupulum imponatur non natabit, sed ad imū
 per se deprimetur, Ita non amplitudine ponderis, se
 genere singularum rerum grauitatem esse non est
 negandum, Id autem multis rebus est ad uisum expe
 ditum, Neq; enim argentum, neq; æs sine eo potest re
 cte inaurari, Cūq; in ueste intextum est aurum, eaq;
 uestis contrita propter uetustatem usum non habeat
 honestum, panni in fictilibus uasis impositi supra
 ignem comburuntur, Is cinis conicitur in aquam, &
 additur ei argentum uiuum, Id autem omnes micæ
 auri corripit in se, & cogit secum coire, aqua defusa
 cum id in pannum infunditur, & ibi manibus premi
 tur, argentum per panni raritates propter liquo
 rem extra labitur, aurum compressione coactum in
 tra purum inuenitur.

De minii temperatura. Caput. IX.

Euertar nunc ad minii temperaturā, Ipse
 enim glebæ cū sunt aridæ pilis ferreis con
 tunduntur & moliuntur, & lotionibus, &

Q. iiii